# BVLLA

CONFIRMATIONIS ET NOVAE CON-
ceſsionis priuilegiorum omnium ordinum Mendicantium.
CVM CERTIS DECLARATIONIBVS DE-
cretis & Inhibitiōibus. S. D. N. D. Pij Papæ V. Motu. ꝓprio.




MEXICI.
Apud Antonium de Spinoſa.
Anno. 1568.



## EL REY.

NVeſtro preſidente y oydores dela nueſtra audiencia Real que reſide en la ciudad de Mexico dela nueua España, ſabed que ſu ſanctidad a nueſtra ſuplicacion a concedido vn breue, por el qual da facultad, para que los religioſos delas ordenes d̃ ſanto Domingo, y ſan Franciſco, y ſant Auguſtin adminiſtren en los pueblos delos Indios de eſſa tierra los ſanctos ſacramẽtos. como lo ſolian hazer antes del Concilio Tridentino con licencia de ſus perlados, y ſin otra licencia como particularmente lo vereys por el treſlado del dicho breue autorizado del Arçobiſpo de Roſa nuncio de ſu ſanctidad ꝙ en eſta corte reſide: que con eſta vos mando embiar, el original del qual queda en el nueſtro conſejo delas Indias, y porque al ſeruicio de Dios nueſtro ſeñor y nueſtro y bien delos naturales de eſſas partes cõuiene: que el dicho breue ſe guarde y cũpla, vos mando que luego que lo recibays lo hagays ſaber al Arçobiſpo y obiſpos de eſſa, nueua eſpaña, y d̃l diſtricto d̃ eſſa Audiencia, y proueays que anſi ellos como los religioſos d̃las dichas ordenes guarden y cumplan el dicho breue en todo y por todo como en el ſe contiene, y contra el thenor y forma d̃l no vayan ni paſen ni conſientan yr ni paſar en manera alguna y para que anſi ſe haga y cumpla hareys dar el deſpacho neceſario. Fecha en el Eſcorial a. 21. dias de ſeptiẽbre de mil y quínientos y ſeſenta y ſiete años.

YO EL REY.

Por mandado de ſu Mageſtad

Martin de Gaztelu.

¶ Y en eſta ciudad de Mexico, dieron licencia para que ſe imprimieſſe, los ſeñores Preſidente y Oydores, dela Real Audiencia d̃lla: y el muy yllustre y reuerẽdiſsimo ſeñor Arçobiſpo.

¶ ARMA MILITIÆ NOSTRÆ.



IOANNES BAPTISTA Caſtaneus. Dei & apoſtolicæ ſedis gratia: Archiepiſcopus, Roſſanẽſis ſanctiſsimi in Chriſto patris & Domini noſtri, domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti & predictæ ſedis cum poteſtate legati de latere in Hiſpaniarũ Regnis, Nũtius. Vidimus & diligenter inſpeximus quaſdam literas, ſanctiſsimi Domini noſtri Pij papæ Quinti, in forma breuis ſub annullo Piſcatoris: ad inſtantiam & ſuplicationem inuictiſsimi atq; ſereniſsimi Domini domini Philippi, Hiſpaniarũ, Indiarum, Maris, Occiani atq; vtriuſq; ſicilię Regis catholici expeditas eidemq; catholicę maieſtati directas, & pro eius poteſtate nobis originaliter exhibitas ſanas ſiquidem & integras, non vitiatas neq; cancellatas aut in aliqua earum parte ſuſpectas ſed omni prorſus vitio & ſuſpictione carentes. prout ex illarum inſpictione apparebat quarumquidem literarum apoſtolicarum tenor de verbo ad verbũ ſequitur: & eſt talis. A tergo, Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum, Regi catholico. Intus vero. PIVS PAPA QVINTVS. Chariſsime in Chriſto fili noſter ſalutem & apoſtolicam benedictionẽ, exponi nobis nuper fecit maieſtas tua regia ꝙ licet iuxta ſacri æcumenici Concilij Tridenti

dij decreta nulla Matrimonia niſi preſente parrocho aut de il-
lius licentia contrahi nulluſque religioſus abſque epiſcopi
licentia verbum Dei prædicare ac ſecularium perſonarum
confeſsiones audire epiſcopi vero nouas Parrochias in lo-
cis abinuicem longe diſtantibus conſtituere poſsint quia ta-
men in partibus, Indiarum, Maris Oceani, religioſi prop-
ter preſbyterorum defectum hactenus officio Parrochi fun-
cti fuerunt & id quod ad conuerſionem Indorum attinet
exercuerunt & exercent ex quo non modicos ſed maximos
in agro Domini fructus etiam verbum Dei eiſdem Indis
predicando & explicando ac confeſsiones audiendo ad fidei
catholicę propagationem fecerunt dicta maieſtas tua nobis
humiliter ſupplicari fecit quatenus ipſis religioſis vt illi ad
vberiores fructus in dicta conuerſione in dies reportandum
incitentur in locis eis aſsignatis & aſsignandis officium par-
rochi Matrimonia celebrando ac Sacramenta Eccleſiaſti-
ca miniſtrando prout hactenus conſueuerunt exercendi &
ab eorum ſuperioribus in capitulis prouincialibus obten-
ta licentia verbum Dei predicandi & ſecularium confeſ-
ſiones de ſuorum ſuperiorum licentia audiendi faculta-
tem concedere alijs in præmiſsis opportune prouidere de be-
nignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui ſingulo-
rum præſertim catholicorum regum votis ad diuini cultus
augmentum & animarum ſalutem tendentibus libenter anui
mus huiuſmodi ſupplicationibus inclinati omnibus & ſingu-
lis religioſis quorumcunque etiam Mendicantium ordinum
in dictis Indiarum partibus & in eorumdem ordinum Mona-
ſterijs vel de illorum ſuperiorum licentia extra illa commo-
rantibus vt in locis ipſarum partium eis de ſimili licentia aſsi-
gnatis & aſsignandis officium Parrochi matrimonia cele-
brando & Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrando prout hacte-
nus conſueuerunt dummodo ipſi in reliquis ſolemnitatibus
dicti concilij formam obſeruent exercere & verbum Dei vt
prefertur quatenus ipſi religioſi, Indorum illarum parti-
um Idioma intelligant de ſuorum ſuperiorum licentia [ vt
prefertur in eorum capitulis prouintialibus ] obtenta,

prędicare ac confeſsiones audire, ordinariorum locorum vel aliorum quorunuis licentia minime requiſita: libere & licite valeant, licentiam & facultatem auctoritate apoſtolica tenore preſentium concedimus, & indulgemus, & inſuper ne in locis illarum partium inquibus ſunt monaſteria religioſorum: qui animarum curam exercent: aliquid per præfatos Epiſcopos innouetur, eiſdem auctoritate & tenore ſtatuimus, & ordinamus, ſicque per quoſcunq; iudices & comiſſarios quauis auctoritate fungentes ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & deffiniri, debere, ac quicquid ſecus ſuper his aquocumq; quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter, attentare contigerit, irritũ & inane decernimus. Mandantes nihilominus dilectis filijs, curię cauſarum camerę apoſtolicæ, generali auditori, & beatæ Marię de mercede, ac del carmem, extra & intra muros Hiſpalen. monaſteriorum, per priores gubernari, ſolitorum prioribus quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios eiſdem religioſis impræmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes faciant, eos & eorum quemlibet conceſſione, indulto, ſtatuto, & ordinatione, ac alijs præmiſsis, pacifice frui & gaudere, non permittentes eos per locorum ordinarios & alios quoſcumq; contra præſentium tenorem, quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari, contradictores quoſlibet, & rebelles, per cenſuras eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias pœnas, eorum arbitrio moderandas, & applicandas, appellatione poſt poſsita compeſcendo, ac cenſuras ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando, interdictum ponendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus præmiſsis, & quibus vis apoſtolicis, ac in prouintialibus & concilijs, editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac monaſteriorum & ordinum prędictorum, iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate aliaroboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs, quoq; indultis & literis apoſtolicis, Monaſterijs, ac ordinibus prędfatis, eorũque ſuperioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibus vis clauſulis, & decretis, in contrarium

quomo-

quomodolibet conceſsis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda foret tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil pœnitus omiſſo, & forma in eis tradita, obſeruata, inſerti forent, prçſentibus pro ſufficienter expreſsis, habentes illis, alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrarijs quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſsim, ab apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, non poſsint per literas apoſtolicas: non facientes plenam, & expræſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto, huiuſmodi mentionem. Et quia dificile foret præſentes literas: ad ſingula quæque loca, inquibus de eis fides forſam facienda foret, deferre etiam volumus, & eadem auctoritate apoſtolica decernimus, quod ipſarum trāſumptis, manu notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ indignitate eccleſiaſtica conſtitutæ: munitis, in juditio, & alibi, vbi vbi opus fuerit, eadem prorſus fides adhibeatur, que ipſis prçſentibus adhiberetur, ſi forent exhibite, vel oſtenſe. Datis Romæ, Apud ſanctum Petrum, ſub annullo piſcatoris. Die. xxiiij. Martij. M. D. L X V I I. Pontificatus noſtri Anno ſecundo. Frater de Torres. Quibus quidē literis apoſtolicis originalibus, per nos reuerenter receptis, illas ad inſtantiam prçdicte catholicæ ac Regię maieſtatis, per notarium publicū infraſcriptum, tranſumi, & exemplari, & in hāc publicam tranſumpti formam, redigi, mandauimus. Decernentes, vt prçſenti publico tranſumpto, eadem prorſus fides adhibeatur, que ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibite vel oſtenſe. Quibus omnibus & ſingulis: auctoritatem noſtram pariter & decretum inter poſſuimus, prout inter ponimus, harum teſtimonium literarum, Manu noſtra ſubſcriptarum, ſigilique noſtri, ac infra ſcripti Notarij, ſubſcriptione munitarum. Datis in oppido Madrito, Toletanç diocœſis, decima quarta menſis Septembris, Anno anatiuitate Domini, Milleſsimo quingenteſsimo ſexageſsimo ſeptimo, in dictione decima, pontificatus prçlibati ſanctiſsimi in

Chriſto patris, & Domini noſtri domini Pij, diuina prouidentia. PAPÆ QVINTI, Anno ſecundo, preſentibus ibidem ſinodalibus dominus Aloyſo buſdrago clerico meſenenſi, & Ioanne Matheo de floria, in eodem oppido commorantibus, teſtibus ad præmiſſa rogatis.

*Ioannes Baptiſta archiepiſcopus Roſanenſis*
*Nuntius apoſtolicus.*

Et quia ego Franciſcus de Villa Diego, ſegouienſis publicus, apoſtolica, & regia, auctoritatibus: nec non regalis, Hiſpaniarum capellę ſecretarius præmiſsis omnibus inter fui ideo hic me ſubſcripſi, rogatus & compulſus Franciſcus de Villa Diego Notarius.

## SEQVVNTVR EA, QVÆ MOTVPROprio S.D.N. PIVS P.V. conceſsit.

PIVS EPISCOPVS Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam Rei memoriam.

ETſi mendicantium ordines, qui ſedulum in vinea Domini quotidiè exhibere nō ceſſant famulatū, ſummo ſemper ſtudio [etiam dū in minoribus eſſemus] ãplexi ſumus ad ſummi tamen apoſtolatus apicem [meritis licet imparibus] diuina fauente clementia aſſumpti, dū id mente recolimus, facere nō poſſumus, quin eos ꝓpēſiori charitate, & paterno affectu amplectamur ac exinde pro ſuis ſanctis ſtudijs, honeſtiſquè laboribus proquè ſalute animarum, ab Apoſtolica Sede [cuius continuè pacem, & dignitatē ordines ipſi fortiter tutati ſunt] tām ſpiritualia, quàm temporalia ſubſidia, ornamentaquè acceperint, & accipiant, quibus & ſancta ſua officia, ac vitam ſuam regularem facilius, atque expeditius exequi, & tranſigere poſsint. & cæteræ, religioſæ perſonæ. ordineſquè alij, exemplo ipſorum promptiores, alacrioreſq; ad ſua officia perſoluenda reddantur Hinc eſt, quòd nos attendentes, pleroſq; ex venerabilibus fratribus noſtris archiepiſcopis, & Epiſcopis, qui eoſdem ordines precipue tanquā fructi-

fructiferos in agro domini palmites: & colere, & adiuuare debe
rent, non ſolum id exequi negligere, verum etiam Concilij Tri
dentini decretis in prauum ſenſum retortis eos & eorum quē-
libet varijs afficere incommodis, & perturbationibus, eorum-
que priuilegijs non modicum afferre grauamen, conantur.
Quidam enim Epiſcopi [ vt accepimus ] nolunt admitere quoſ
dam regulares ad prædicationem, etiam in ſuis Eccleſijs faci -
endam, quamuis de eorum habilitate ad huiuſmodi opus exer
cendum, habeant bonum teſtimonium a ſuis ſuperioribus. A -
lij vero volunt, vt nedum ſemel, ſed etiam pluries in anno, co-
ram ipſis, vel eorum Vicarijs prædicatores præſententur, ac ꝓ
licentia prædicandi [ quam non niſi in ſcriptis dare volunt ] ali -
quid quandoq; exigunt. Alij etiam Epiſcopi, maximam regula
ribus injuriam irrogare videntur, dum præter ordinem, & ve
terem conſuetudinem abſque vlla ratione quoſdam reijciunt,
& quoſdam [ pro eorum libito ] admittunt ad prædicatiōem hu
iuſmodi habendam in locis ſuæ diœceſis. Quorundam etiam
locorum ordinarij, quoſdam Religioſos probos viros, & ido
neos [ etiam à ſuis ſuperioribus approbatos ] ad confeſsiones
audiendas admittere nullo modo volunt. Quidam ex eis vo -
lunt, non ſolum ſingulis annis, ſed etiam pluries in anno, in ali-
quibus partibus eoſdem confeſſores ſibi præſentari. In aliqui-
bus vero oppidis tam Epiſcopi ſeu eorum Vicarij, quam preſ
byteri Curati nolunt, vt fratres mendicantes vocati ad audien
das confeſsiones infirmorum [ maxime ſi infirmitas eſt grauis ]
aut etiam ſanorum in priuatis illorum domibus, vel alibi, præ -
terquam in ſuis Eccleſijs aut Monaſterijs poſsint accedere. Nō
nulli etiam audent Confeſſores Monialium [ qui pleno Iure
ſubſunt regularibus ] examinare, cum tamen id minime per
concilium decernatur, ſicut & de fratribus, qui ſunt auditu -
ri confeſsiones aliorum fratrum. Qui etiam in aliquibus par
tibus nituntur aſſerere, ſeu facere, ne quiſquam infra an -
num poſsit ſacram Euchariſtiam in Eccleſijs mendicantium
recipere neque etiam moniales tertiarias nuncupatas ſuo-
rum ordinum [ vt aliqui aſſerunt ] in aliquibus partibus fieri,
cum tamen ſolum in Paſchate [ quoad ſeculares dumta -

xat

xat [ iuxta priuilegia ſummorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum eiſdem ordinibus conceſſa id obſeruari debeat. Alij vero Epiſcopi, ſeu eorum Vicarij audent ad eorum libitum, dare licentiam quibuſcumque, quęcunq; Monaſteria Monialium etiam ſanctæ Claræ ingrediendi, etiam ſi regularium curę ſubdita ſint. Quidam vero ſubprętextu exquirendi voluntates puellarum, ante profeſsionem earum, volunt eas extrahere a monaſterijs, & per longum tempus alibi detinere, ipſaſq; puellas ſeu nouitias de pleriſque rebus interrogant: neq; neceſſarijs, neque in decreto Concilij Tridentini deſuper contentis, ex quibus non modica poteſt oriri occaſio ſcandali. Alij vero pleriq; noluerunt, quoſdam regulares aliarum diocœſum ſacris ordinibus initiare, ac etiam a ſui ordinis Prelatis approbatos, admittere nolunt. Aliqui vero ſingulis dominicis diebus in ſuos Parrochianos ad ſonum campanæ excõmunicationem promulgant, vt non poſsint inter eſſe miſsis, concionibus & diuinis officijs, niſi in propria parrochia. Alij vero ipſis prohibent, vt omnino in alijs Eccleſijs [ etiam requiſiti ] non celebrent. Alij vero in aliquibus partibus in eorum Eccleſijs contiones ſacræ ſcripturę, & ſermones pro mortuis haberi nolũt, & ſi aliquid ipſis relictum fuerit, vt ab ipſis miſſæ dicantur, vel alia officia pro mortuis cęlebrentur, ipſis ſibi ea vſurpant dicentes, quod ipſi ea exequi non poſſunt, quia ipſi ſunt paſtores. Alij vero ſub excõmunicationis latæ ſententiæ, & exilij per decennium a diocœſi pœna, inhibuerunt: ne miſſę in eorum Eccleſijs cęlebrentur in diebus feſtiuis, antequã rector Parrochialis Eccleſiæ celebrauerit. Alij etiam nolunt, vt dum prædicatio in Eccleſia Cathedrali habetur, alibi prędicetur. Ac inſuper inquibuſdam locis omnem ordinem & quietem perturbant, dum cõtrouerſias, iam diu ſopitas & extinctas: ſuper præcedentia excitarunt, & vbi nullę erant: pepererunt, dum pro arbitrio & voluntate eorum, hos illis pręferre voluerunt. Quidam etiam Epiſcopi volunt regulares a cura animarum excludi, & illam ſolis preſbyteris ſecularibus committi. Quidam vero quartam funeralium extendere volunt etiam ad miſſas, legata, & alia quęcumq; quæ domibus regularium relinquuntur. Alij autem volũt quar

tam

tam partẽ omnium eorumque etiam pro ornamento Eccleſię palliorum,planetarum,cortinarum,pannorum& eorum etiam quę pro victu fratrum relinquntur. Aliqui etiam in quibuſdam partibus etiam volunt,vt non ſolum ius ſepulturę ſolui conſuetum,quod ſemper ſoluitur,neq; denegatur,ſed etiam omne illud,quod Eccleſijs ordinum ad eorum libitum partes dãt,quãdo ſepeliuntur ibidem defunctorum corpora,id totum curatis etiam de nouo ſoluatur inſtanter conantur,impedientes ne aliter corpora defunctorum,ad Monaſteria fratrum deferantur, vnde in hoc maxime tam partes , quam ipſos fratres grauari contingit. Aliqui vero etiam ex locis mendicantium , qui curã habent animarum,volunt pro ſeminario decimas exigere , ac in caſu renitentiæ etiam pignus exigunt. Alij autem præfatos fratres ac moniales ſub eorum cura degentes ſubſidium regium perſoluere cogunt,cum multæ earumdem monialium vix habeant pro earum victu & veſtitu neceſſaria vitæ. Alij etiam inquibuſdam partibus pauperes mendicantes eleemoſynas petere prohibent,pro eorum dumtaxat ſubſtentatione,& ſi inuenerint eos panem vel aliquid aliud ſimile amore Dei ſibi collatum portantes,quandoq; ab eis auferre minantur, afficiẽtes eos graui injuria & contumelia . Nonnulli vero Epiſcopi vel capitula canonicorum pauperes mendicantes tam fratres quã moniales ſuorum ordinum,tam de redditibus bonorum ſi quę habent,quam de poſſeſsionibus,vineis,agris,& alijs ſuis bonis quibuſcunq; non ſolum largitione fidelium ſibi conceſsis , ſed etiam alias iuſtis de cauſis ab eis acquiſitis,ac pecunijs emptis ſibi decimas ac primitias alijs reſpectiue ſoluere cogunt . Alij autem auſi ſunt inquirere & proceſſus facere contra aliquos regulares,intra clauſtra delinquentes,vel de quorum delictis aliqua erat ſuſpitio,non expectata ſuorum ſuperiorum cenſura . Alij vero Epiſcopi monialium monaſteria ingredi , & illa ingrediendi licentias alijs concedere,& aduerſus illas proceſſus formare,ipſorum ordinum ſuperioribus irrequiſitis,præſumũt Aliqui etiam dominiũ temporale ſuper moniales habere prætendunt . Nonnulli vero frequentiſsime regulares citant , & iuriſdictioni ſuæ ſubjicere tentãt, ac eorum conuentum occupãt

ipſos expellendo, ac in ipſos iuriſdictionem vel poteſtatẽ exercent. Aliqui vero, ipſos carceribus [abſque cauſæ cognitione] mancipant, ac manibus pedibuſque laborant, vt regulares mendicantes ſuæ ditioni ſubjiciant, & vſq; adeo ſe intromiſerunt in gubernatione conuentuũ, & in correctionibus fratrum, vt Prouintialibus, & Generalibus nullus amplius videatur relictus locus, aut vlla iuriſdictio. Aliqui autẽ, conuẽtuũ Priores, & Guardianos rationes, & cõputa facere cum ſyndicis cõuentuũ huiuſmodi prohibẽt. Fratres quoq; qui ad Epiſcopos huiuſmodi recurſum habent, a Prioribus & guardianis præfatis caſtigari, & puniri interdicuntur. Inhibẽt quoq; ſuperioribus ordinum, ne faciãt proceſſus cõtra fratres, ac in ipſos inperium, & brachiũ ſeculare exercent. Alij vero, ipſos extra clauſtra degentes ſub eorum protectione recipiunt, eoſq; ſic permanere permittunt, eoſque etiam inuitis ſuis ſuperioribus detinẽt. Aliqui vero, bonorum ipſorum fratrum tanquã ad eos [ſi extra clauſtra defuncti fuerint] ſpectãtium, poſſeſsionẽ occupare præſumũt & ad habitum religionis reuerſis, ſua bona cõſignare nolũt, Ac etiam vniones a ſede prędicta, aut aliàs rite factas de beneficijs Eccleſiaſticis impediunt, & ſibi relaxari debere volũt, & cõtradictores excõmunicationis gladio feriunt. Alij vero regulares cãpanas diebus feſtiuis pulſare, vel eodem tempore, quo ipſi celebrãt, miſſas celebrare nolũt. Aliqui etiã ꝓlicẽtia dãda ędificandi quandã domũ regularẽ, triginta, vel q̃draginta ducatos exigere, nõ erubuerũt. Alij vero eos mortuorũ corpora aſſociare, alij autẽ illos cũ Parrocho ſimilia munera ſubire, nõ permittũt: niſi maior canonicorũ pars interuenerit. Alij vero mortuorũ officia in regulariũ Eccleſijs peragi nolũt, niſi cũ ipſorũ pręſentia, & ipſorum moniales, vel alias perſonas etiam ſi in earum funere Parrochus interuenire non deberet, ſepelire prohibẽt, niſi ipſi Parrocho prius certum quid ſolutum fuerit, & ſi aliquem, ipſi ſciuerint in regularium Eccleſijs ſepulturam elegiſſe, eum [vt dicitur] nõ ante ad illas deferre ſinunt, quã ad Parrochi Eccleſiam delatũ inibiq; officiũ peractũ fuerit. Poſtremo vero, teſtamenta ſine præſbyterorum præſentia fieri, prohibent, & ſi quid ipſis regularibus relictum fuerit, id aſſerentes

contra

contra Concilij Tridentini canones eſſe, reuocare omnino procurant. Ac propterea volentes, pręmiſsis, ac alijs ſimilibus exceſsibus, & grauaminibus ex noſtri paſtoralis officij debito prouidere, attendentes etiam, illos, qui onus diei, & æſtus tam in pręedicationibus, quam in cęteris ſpiritualibus muneribus quotidiè ſuſtinent, niſi etiam aliquantiſper ſubleuentur, facile fore, vt opreſsi, a ſuis officijs omnino deſiſtant: ne impoſterum eis aliquod inferatur grauamen. Concilij Tridentini huiuſmodi decreta quorum falſa, ſeu minus vera intelligentia præmiſſa irrepſerunt, quorumq; declaratio non niſi ad nos ſpectat modo, & forma infraſcriptis, declarandum cenſuimus. Nos igitur Motu proprio, nõ ad alicuius inſtantiam, ſed de mera deliberatione, & ex certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, declaramus Canonem Seſsionis xxiiij capit. iiij. perquem omnibus regularibus etiam in ſuorum ordinum Eccleſijs, contra dicente Epiſcopo prædicationis officium interdicitur, mendicantium ordinum fratres huiuſmodi quando a ſuis Generalibus vel eorum miniſtris prouincialibus, ad id deputati fuerint non comprehendere, neq; eos afficere poſſe. Imo volumus quod in ſuis Eccleſijs quando eis placuerit licite, & abſq; vllo impedimento, vel contradictione, etiam Epiſcopi, [ niſi ipſe prædicauerit ] pręedicare poſsint. Quod vero in ſeſsione xxiiij. cap. xv. circa confeſsiones a regularibus non audiendas ſtatuitur hoc etiam dictorum ordinum fratres, a præfatis ſuis Generalibus, vel miniſtris Prouincialibus ad audiendas cõfeſsiones vtriuſq; ſexus Chriſtifidelium approbatos [ vt pręmittitur ] minime cõprehendat: ita vt a cõfeſsionibus audiẽdis, tam intra eorum Eccleſias, & domos, quam extra, minime prohibeant ſuper hoc literas fœlicis recordationis Pauli Papę iiij. etiam pręedeceſſoris noſtri, concedentes eiſdem fratribus mendicantibus regularis obſeruantię, poſſe confeſsiones ſecularium perſonarum, etiam infirmarum, etiam extra domos, & monaſteria ſua, & vbilibet audire, approbando & de nouo concedendo Statuimus etiam quod ille qui ſemel in vna diocœſi admiſus per Epiſcopũ fuerit, ſemper in eadem diocœſi habeatur ꝓ admiſſo, nec amplius examinari, vel pręſentari, indicta dio-

Declarãtur aliqua decreta Cõcilij Tridentini.

Mẽdicãtes in ſuis poſſunt ꝑdicare eccleſijs abſque aliq̃ contradictione.

Cõfeſsiones tã ĩtra domos q̃; extra audire poſſunt.

Admiſſus ſemel in vna diocœſi nõ te-

cœſi

çœſi debeat tam quo ad prædicationes faciendas quam quo ad confeſsiones audiendas, nec aliquid pro prædictis exigi vel recipi debeat. Confeſſores vero monialium quę degunt ſub cura regularium, ab ordinario examinari nolumus, quemad-modum neque etiam fratres ſi debeāt audire confeſsiones aliorum fratrum: examinari debēt. Lectores inſuper ex eiſdem fratribus & in theologia graduati qui cum licentia ſuorum ſuperiorum ad gradum admiſsi fuerint, cum de ipſorum doctrina ambigendum non ſit tam confeſsiones audituri quam prædicationis munus ſubituri: ab Epiſcopis minime examinentur. Cumq; in honeſtum ſit: quemlibet in alienam meſſem falcem inijcere, cumq; monialium monaſteria nō niſi de Epiſcopi vel ſuperioris licentia, & in caſibus neceſſarijs, aliquis ingredi præſumat, in ſeſsione xxv. cano. v. prohibetur, hoc tantum in illis monaſterijs locum habere volumus, quæ ordinarijs ipſis pleno iure ſubſunt, in quibus, in caſibus neceſſarijs ipſi dare licentiam poſsint, & non in alijs monaſterijs, Ita vt in præfatis monaſterijs quæ ordinarijs ipſis pleno iure non ſubſunt, ipſi ordinarij illa ingredi non poſsint, prout in regulis earum ſeu de iure ſtatuitur, & eis aliquos proceſſus aduerſus moniales ipſas, ſeu fratres huiuſmodi, propterea ſeu alias ipſorum ordinum ſuperioribus irrequiſitis, quo quomodo formare, aut facere, poſſe, omnino, prohibemus, ita vt aliquam iuriſdictionem, ſeu aliud quodcunq; dominium, in moniales & fratres huiuſmodi, reſpectiue habere exercere, aut exequi, nullatenus poſsint, aut debeant, imo illas, & illos, omnes, ab eorum ſuperioritate, dominio, & iuriſdictione, & poteſtate, eximimus & liberamus, prout eis conceſſum eſt per ſua priuilegia, a ſede præfata obtēta, & ita præfatę moniales, ac fratres ſint excluſi a ſuperioritate, & iuriſdictione ordinariorum reſpectiue huiuſmodi, vt etiam in illarum, vel illorum ſindicis, aut procuratoribus deputandis, vel in diſponendis illorum facultatibus, vel alia ſibi non competentia facienda, vllatenus non ſe intromittant, nec etiam ordinarij ipſi, regulares præfatos citare, & iuriſdictioni ſuæ ſubijcere, ac eorum conuentus ocupare ipſos ab eis expellendo, ac in ipſos iuriſdictionem aliquam & poteſtatem exercere, [vt

præſu-

netur amplius examinari. l. præſentari in eadem.

Cōfeſſores monialium & fratrum, nec examinari, nec preſentari tenentur.

Lectores aut graduati examinari nō tenetur.

Quid d ingreſſu monaſteriorū monialiū quo ad ep̄os, & d licētia ingrediēdi nō danda.

Proceſſus aduerſus moniales l. fratres, ep̄i, facere nō poſſunt

præſumitur ] aut ipſos carceribus mancipare, & contra eos aliquid aliud facere poſsint vt ſuæ ditioni ſubijciantur, neq; etiã ſe intromittant vllo pacto, aut aliqua ratione, in gubernatione conuentuum tam fratrum, quam monialium huiuſmodi, & illorum correctionibus, ſed omnia iſta & alia neceſſaria ad correctionem & gubernationem fratrum, aut monialium huiuſmodi, eorum generalibus, ac miniſtris ſeu Prouincialibus, vel alijs eorum aut earum reſpectiue ſuperioribus, etiam ratione computa faciendi cum ſindicis conuentuum huiuſmodi, omnino relinquantur, nec vllo modo in præmiſsis, & alijs, fratres & moniales huiuſmodi tangentibus ordinarij prædicti per ſe vel alios ſe intromittant. Fratres quoq; ſi contigerit, eos ad huiuſmodi ordinarios recurſum habere, a præfatis Generalibus miniſtris, ſeu Prouincialibus, Prioribus, Guardianis, & alijs ſuis ſuperioribus, caſtigari & puniri poſſe, & debere, neque ipſos ordinarios præfatis ſuperioribus ordinum huiuſmodi vllatenus inhibere, quinimo præfatos ſuperiores proceſſus contra fratres ſuos & moniales huiuſmodi, quando opus fuerit circa delictorum inquiſitionem, vel caſtigationem facere poſſe, decernimus. Inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Inhibemus etiã ipſis ordinarijs, ne fratres extra clauſtra degentes, ſub eorum protectione recipiant, eoſque inuitis ſuis ſuperioribus detineant. Prohibemus quoq; eiſdem ordinarijs, ne aliquo modo ſe intromittant in bonis dictorum fratrum extra clauſtra ſuorum monaſteriorum pro tempore degentium ſiue decedentium, & quamuis in habitu ſiue abſq; habitu moriantur volumus quod eorum bona mobilia, & immobilia, ad ordinem quem profeſsi ſunt pertineant diſponenda, iuxta conſtitutiones, ſeu ordinationes præfatorum ordinum, neq; illa ordinarij præfati occupare præſumant, imo huiuſmodi & ad habitum religionis reuertentium bona omnia monaſterijs ipſis, cum ea quę acquirit monachus de iure monaſterio acquirantur, pertinere etiam decernimus. Ac ipſis ordinarijs, ne quaſcunq; vniones etiam perpetuas a ſede prædicta vel alias vt præfertur hactenus factas, & pro tempore faciendas de beneficijs Eccleſiaſticis, ſeu illorum fructibus, quin ſuum ſortiantur

Ep̃i iuriſdictionẽ. l. ſuporitatẽ in fratres. l. moniales nõ habẽt, citare non poſſunt nec cõuẽctus occupare.

Ep̃i nõ ſe intromittũt in gubernatiõe cõuẽtuũ fratrũ. l. monialiũ

Regulares habẽtes recurſum ad Epiſcopos poſſunt a ſuis ſupioribus puniri.

Ep̃i nõ recipiãt fratres extra claſtra degẽtes ſub ꝓtectiõe ſua inuiictis ſupioribus.

Epiſcopi non impediant vniones beneficiorum.

tiantur effectum impediant, omnino etiam prohibemus, & cẽſuras Eccleſiaſticas, & alias pœnas per eos in contradictores pro tempore latas, nullius eſſe roboris vel momenti, ſimiliter decernimus & declaramus. Inſuper volumus quod præfati regulares quibus cura animarum in eſt, poſsint per ſe ipſos iuxta ſuorum ſuperiorum ordinationem, aut alios Vicarios ſeu

Regulares poſſunt exercere curã animarũ. poſſunt cãpanas pulſare, miſſas celebrare mortuorum corpora aſſociare.

Capellanos ſeculares ipſorum regularium nutu amouibiles, ab eis deputatos & ab ordinario pro idoneis nominatos, & aprobatos, præfatam curam exercere: neq; in eorum deputatione, vel amotione, neq; alicuius partis fructuum conſignatione, pro præfatis Capellanis ſeu Vicarijs ſecularibus, ſi per tales curã exerceri contigerit, Epiſcopi vllo pacto ſe intromittant. Prohibemus inſuper eiſdem ordinarijs, ac alijs quibuſcunq; perſonis, ne impediant ipſos fratres quando eis placuerit, tam in diebus dominicis, ſeu feſtiuis, aut alijs totius anni temporibus, campanas pulſare, & etiam tempore quo ipſi celebrauerint, miſſas celebrare, nec nõ mortuorum corpora aſſociare, & illa per fratres ipſos quando in Eccleſijs ſuis præfatis delata fuerint, etiam abſq; præſentia rectorum Eccleſiarum huiuſmodi ſepeliri facere, ac officia mortuorum huiuſmodi peragi poſſe, neceſſariamq; præſentiam rectorum aut aliorum clericorum quin infirmi libere ſua poſsint condere teſtamenta minime eſſe, ac ipſos regulares legata, aut queuis alia ſibi in teſtamentis relicta, exigere & obtinere poſſe, neq; aliquod ius in contrarium eſſe, decernimus & declaramus.

Quomodo nouitiæ ſint examinandæ ante pfeſsiõem ab ordinarijs.

Volumus etiam, quòd puellarũ deo dicandarum, an ſcilicet coactæ vel ſeductæ fuerint, examen faciendum non, niſi infra quindecim dies poſt quam iuxta Cõcilium Tridentinum, Epiſcopi: vel eorum Vicarij requiſiti fuerint, fieri poſsit, quibus elapſis, amplius in hoc illis ſe intromittere non liceat, cuius occaſione nec Epiſcopus nec eius Vicarius intra ſepta monaſteriorum ingrediantur, ſed ſtent ante cratem ferream, & interrogationes alias quam eas quæ præfatũ Concilium Tridentinum iubet, eis fieri omnino prohibemus, ac ſimiliter volumus, quod puellę, ſeu nouitię ipſę, ad alias interrogationes reſpondere minime teneantur. Seſsionis vero, xxiij capit. viij. neminem niſi a proprio Epiſcopo ordinari poſ-

Sacros ordines:

ſe ſtatu-

ſe ſtatuens, in regularibus locum non habere omnino declara-
mus, ita quod fratres huiuſmodi præfatos etiam ſacros ordi-
nes, a quolibet Antiſtite gratiam & communionem apoſtolicæ
ſedis habente: [ordinarij loci minime requiſita licentia] in lo
cis, ſeu domibus fratrũ huiuſmodi, aut alibi, recipere poſsint,
Et in ſuper Seſsionis xxij decretum per quod populum ſępe
ad ſuas Eccleſias, ſaltem dominicis & maioribus feſtiuis die-
bus, conuenire debere monet inſequendo, volumus: quod fra-
tribus mendicantibus huiuſmodi, nõ ſolum prohiberi non poſ-
ſit, ne miſſas, & alia diuina officia faciant in eorum Eccleſijs,
verum etiam in quibuſcunque alijs vbi celebrari miſſas ſolitũ
eſt, etiam ipſos non vocatis ſeu ad id requiſitis cęlebrare vale-
ant. Ac etiam quod conciones, & lectiones ſacræ ſcripturę, &
ſermones pro mortuis, etiam in Eccleſijs ſuis facere: ac ele-
moſynas pro cęlebrandis huiuſmodi miſsis, & alijs diuinis of-
ficijs peragendis, ſi eis illas donari ſeu relinqui contingat reci
pere, nec non miſſas, & diuina officia huiuſmodi, etiam in die-
bus dominicis, vel feſtiuis, etiam antequam rector Parrochia-
lis eccleſiæ cęlebrauerit, cęlebrare, & facere, & quando eis vi-
debitur, etiam ſi tunc in eccleſia cathedrali prędicetur. prędica
re, ac etiam quicunque vtriuſque ſexus Chriſti fideles, totius
anni tempore illas, & illa in eccleſijs fratrum huiuſmodi, audi
re poſsint, ipſique Chriſti fideles vllatenus deſuper moleſtari,
aut impediri per locorum ordinarios, ſeu rectores Parrochia-
lium eccleſiarum, aut alios quoſq; vllo pacto, cauſa vel oca-
ſione non vàleant, ſeu debeant, ſed præfati Chriſti fideles audi-
endo miſſas, & alia diuina officia in eccleſijs fratrum huiuſmo
di diebus dominicis, aut feſtiuis, pręcepto eccleſię de illis au-
diendis, ſatiſfeciſſe cenſeantur. Ipſique Chriſtifideles, ſacramen
tum Euchariſtiæ [reſurrectionis Dominicæ feſtiuitate dum-
taxat excepta] ſumere, eiſque illud per fratres huiuſmodi ad-
miniſtrari valeat, nec ad aliud faciendum per locorum ordi-
narios, aut eccleſiarum rectores pręfatos, ſeu alios quoſcun-
que [illorum licentia minime requiſita] etiam ſub cenſuris ec
cleſiaſticis & alijs pœnis, cogi vel compelli poſsint, ſeu debeãt
etiam decernimus & declaramus. Et licet in ſeſsione. xxv. ca.

Regulares a quocũq; ẽpo ordinari poſſunt.

Quod fratres miſſas in feſtiuis diebus celebrare poſſunt in quibuſcunq; eccleſijs, & anteq̃; rector Parrochialis celebret.

Celebrare poſſunt & anteq̃; celebretur in parrochiali.

Satiſfacit p̃cepto eccleſię.

Poſſunt q̃ ĩfra annũ ſacramentũ Euchariſtię a regularibus ſumere.



Interdictũ:

Interdicta ſuſpenduntur in feſtiuitatibus ſanctorũ ordinũ & in alijs ad q̃ habẽt priuilegia.

xij.caueatur, quod cenſurę & interdicta eccleſiaſtica etiam a locorum ordinarijs promulgata mandante Epiſcopo,& a regularibus in eorum eccleſijs publicari debeant, tamen ſi tempore celebrationis alicuius ex feſtis ſanctorum ordinum eorumdem,ac,alias in alijs feſtiuitatibus iuxta eorumdem ordinum priuilegia apoſtolica,interdictum huiuſmodi emanauerit,illud in prefatis feſtiuitatibus & earum octauis ſuſpẽdimus.

Controuerſiæ de pręcedentia dirimãtur.

Controuerſias autem omnes de pręcedentia quæ eadem ſeſſione.xxv.cap.vero xiij per Epiſcopum terminari mandantur non niſi durantes,per illum dirimi, finitis autem, nullo pacto innouari poſſe ſtatuimus.

Regulares ad curã animarũ admittibent.

Cumque licet ca. xj. ſeſsionis. xxv. ſtatuat,quod in domibus virorum ſeu mulierum,quibus animarum perſonarum ſecularium cura imminet, nulli etiam ad nutum amouibiles,inibi de putentur,niſi de ordinarij conſenſu,ac preuio examine huiuſmodi pręcedente,ad curam huiuſmodi admitti poſſe omnino volumus prefatos regulares.

4. funeralium non ſoluenda. Nec quartã nec partem aliq; eorum q̃ fratribus relinquũtur tenentur tribuere.

Quartam autem funeraliũ de qua ſeſsio.xxv.cap.xiij. nequaquam ſoluere teneantur monaſteria, quæ a quadraginta annis citra fundata exiſtunt,poſtquam Concilium ipſum loquitur tãtum de monaſterijs ante annos quadraginta fundatis,quæ ipſam quartam ſoluere conſueuerunt:& vbi ſolui conſueuit, id tantum ceræ,& aliorum quæ in aliquibus partibus deferri cõtigerit,tempore quo de functorum corpora ad ſepulturam deferuntur,non autem de miſsis, ſeu legatis, vel alijs fratribus ipſis ſeu monialibus huiuſmodi relictis, aut aliàs quomodolibet donatis: ſolui debet. Sicque intelligi Concilij decretum, quoad quartam huiuſmodi ſoluendam debere decernimus. Vbi vero nõ eſt conſuetudo ſoluendi quartam huiuſmodi, de nullo ſupraſcriptorum ſolui debere declaramus. Nec ad quartam ſeu aliam partem omnium eorum quę etiam pro ornamẽto eccleſiæ,palliorum,planetarum,cortinarum,pannorum, & aliorum quę dictis eccleſijs relinqui vel dari contigerit,etiam ſi pro victu fratrum,aut aliàs relinquantur, aliquid contribuere teneantur.

Ius ſepulturę ſoluendum.

Ac etiam ius ſepulturæ ſolui tantum conſuetum curatis,& non aliquid aliud eis ſolui debeat, quamuis partes ad earum libitum Eccleſijs ordinum huiuſmodi, ſeu eorum fratri-

fratribus, alia quecumq; tribuant, ſeu elemoſynas elargiantur quãdo ſepeliuntur ibidẽ corpora mortuorum huiuſmodi, nec propterea impediri debeant, quin poſsint defunctorũ corpora præfata ad eorum eccleſias tumulanda deferri facere, Inhoneſtum quoque eſſe cenſentes, Mendicantium ordines ad aliquorum onerum contributionẽ teneri, illos illorumque loca, etiam ſi curam animarum habeant, ac quæcumque beneficia illis vnita, ad contributionem pro ſeminario, aut decimarũ aliquarum ſolutionem, immo illos, & eorum domos, monaſteria, beneficia, & loca quæcumque, & ab illis quomodolibet dependentia, eorumque poſſeſsiones, vineas, agros, & prata: ac alia bona quęcumq; tâm ad ipſos, quam ad moniales præfatas etiam largitione fidelium, ſeu aliâs iuſtis de cauſis ab eis acquiſita, ac pecunijs empta vel aliâs quomodolibet pertinentia, minime teneri, illoſq; & illas, a quibuſcumq; decimis, primitijs, quartis, medijs, & alijs fructuum partibus, nec non ſubſidijs charitatiuis etiam per nos conceſsis ad quorumcumq; etiam regum, principium, & dominorũ temporaliũ inſtantiam, quacumq; etiã vrgentiſsima & de neceſsitate exprimẽda cauſa, ac etiam alijs quibuſcumq; oneribus, tã ordinarijs, quam extra ordinarijs, etiam ratione fructuũ, olerum, virgultorũ, lignorũ, beneficiorũ, & aliarũ quarumcũq; rerum tâm pro victu quam veſtitu, aut aliâs ſibi neceſſariarum quomodolibet etiam auctoritate Apoſtolica nunc & pro tempore impoſitis, ita vt pœnitus & omninò ad alicuius rei contributionem minimè teneantur, omnino eximimus, & liberamus, illoſque & illas, ad illos & illa etiam ſi ſeculares & aliæ perſonæ quæcumque in eas exigendi poſſeſsione fuerint, minimè teneri debere volumus, nec ſub Capitu. xij, Seſsionis. xxv. compræhendi poſſe, vel debere decernimus. Quòd verò de vſu quæſtorum elemoſynarum auferendo loquitur ſeſsionis. xxi cap. viij. id ad mendicantium ordines nullo modo referri poſſe, vel debere: etiam decernimus, quin potius cũ ex elemoſynis huiuſmodi viuere cogantur, eis id facere liberũ omnino eſſe d̃claramus. Quoniã verò ex nimia Ep̃orũ ſibi irrogata auctoritate ipſi pſonas regulares ſuę iuriſdictioni ſubijcere omnino ſtudent, ac d̃

Mendicãtes curam animarũ habentes non tenẽtur ad aliquam cõtributionem pro ſeminario.

¶ Decimas aut ſubſidia minine ſoluere tenentur.

Elemoſynas petete poſſunt.

Regulares delinquentes a ſuis ſupꝛoribus puniantur.

Epi cõtra regulares proceſſus facere nõ poſſunt.

Licentias ꝓ cõſtruẽdis domibus gratis dare ď bent.

Mandatũ in die cœnę dñi facere & ꝓdicare poſſint.

portio nõ ſoluendi ꝓ ſepultura monialium aliarũ perſonarum.

Abrogatur vſus faciẽdi teſtamenta abſq; p̃ſbjterorum p̃ſentia.

creto Concilij præfati Seſsionis.xxv.cap.xiiij.edito, quo cauetur,quod ſi regularis intra clauſtra exiſtens, & extra ea ita notoriè deliq̃rit,vt populo ſcandaloſus ſit, [ termino ab Epiſcopo præfigẽdo.]a ſuo ſuperiore omninò puniatur,ſin minus, ab ordinario delinquens puniri poſsit,confiſi varijs indebitiſque grauaminibus regulares afficiant ordinarios præfatos aliquid contra regulares in clauſtris degentes,huiuſmodi quouis pretextu,occaſione,vel cauſa innouare non poſſe,vel debere, nec aliquos proceſſus contra ipſas perſonas regulares formare,aut facere poſſe volumus,niſi propter manifeſtum ſcandalum,& ſuorum ordinum ſuperioribus prius conſultis, & negligentibus,alioquin,omnia,& ſingula,contra pręmiſſa facta, & geſta,ac facienda infuturum,pro nullis & infectis habeantur.Licentias verò pro conſtruendis domibus regularibus, quæ.4 capit.xxv.ſeſsionis niſi de ordinarij licentia conſtrui prohibentur:gratis omnino dari,& non niſi legitima ſubſiſtente cauſa [ ſuperioribus explicanda ]illas recuſari poſſe,nec nõ fratres præfatos [ etiam ſolos ] mortuorum corpora aſſociare.Ac mandatum in die cænę Domini fieri ſolitum,in eccleſijs, ſeu domibus fratrum cuiuſlibet ordinis prędictorum, ſolemniter facere,& prędicta die prędicare hora qua eis videbitur, nec per locorum ordinarios,aut rectores eccleſiarum, ſeu alios quoſcunque prohiberi poſſe,etiam decernimus,& declaramus.Mandantes etiam vniuerſis locorum ordinarijs,ne mortuorum officia agere Rectores parrochialium in eccleſijs ipſorum fratrum [ contra illorum voluntatem ] permittant. Ac moniales dictis fratribus ſubditas, vel perſonas ſepulturam in eorum eccleſijs elligẽtes [ nulla ſoluta Parrocho portione ] ſepelire,vel ſi fratres ad mortuorum corpora aſſocianda vocati fuerint,illa abſque fratrum huiuſmodi præſentia ſepeliri facere,audeant vel pręſumãt. Cũque maximè deceat, liberã eſſe cuiuſuis teſtantis voluntatem,prauum illum vſum, paruo adhuc tempore, [ vt præfertur ] introductum,perquem teſtamenta abſque preſbyterorum pręſentia fieri inter dicuntur,ominò abrogamus. Poſt remò quod cap.xiij.ſeſsi.xxv. cautũ fuit,quod omnes ſcilicèt tàm clerici,quam regulares quicun-

que ad

que ad publicas proceſsiones vocati, accedere compellantur: id quo ad fratres præfatos de illis tantum proceſsionibus intelligi volumus, ad quas ſecundum conſuetudinem antiquam locorum ſoliti ſunt accedere. vel quæ probono pacis eccleſiæ, vel pro victoria contra infideles indicuntur: quod etiam d̄ illis conuentibus [qui collegia, nuncupantur] minimè intelligi volumus, inquibus fratres ſub arctiori clauſura degunt, ita vt nec inchoro cantent, nec ad mortuos accedant: ſed tantum ſtudijs, & lectionibus vacent. Præterea ſi fortè inter Epiſcopos, vel collegia, aut capitula, vel alias quaſuis perſonas & p̄fatos fratres, ſeu moniales, aut eorum aliquos, ſuper præmiſſis vel aliquo eorum, coram quocumque ſeu quibuſcumque iudicibus etiam cauſarum palatij Apoſtolici Auditoribus, ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus tàm in Romana Curia quam extra eam, vbilibet lis, ſeu lites reſpectiue pendeāt: nos litem ſeu lites, & cauſam, vel cauſas huiuſmodi ad nos aduocamus, ac illam, & illas, quarum ſtatum, ac nomina, & cognomina iudicum, & collitigantium pręſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſsis, caſſamus, & extinguimus, ac partibus ipſis perpetuum ſilentium deſuper imponimus. Ac inſuper vt facilius præmiſſa omnia illibita perſiſtant, omnia & ſingula priuilegia, immunitates, indulgentias, facultates, libertates, indulta, diſpenſationes, fauores, & gratias, quæ decretis Concilij Tridentini aliâs quam vt ſuperius eſt dictum, conceſſum, & declaratum, non contrariantur expreſſe eiſdem fratribus, nec non monialibus quibuſcumque, & ſororibus tertij ordinis prædictorum ordinum reſpectiuè ordinibus, ac illorum eccleſijs domibus, & perſonis: etiam viuæ vocis oraculo in genere vel in ſpecie tàm per reco. me. Eugeniū. iiij. Sixtum. iiij. Leonem. x. Paulum. iij. ac dictum Paulum. iiij & Pium etiam iiij. quàm alios quoſcumque Romanos Pontifices etiam pręděceſſores noſtros, ac nos, & ſedem eandē quomodolibet conceſſa, confirmata, & innouata: nec non noſtras, & pręděceſſorum noſtrorum, ac alias quaſcumque de ſuper confectas literas, quarum omnium tenores, ac eorumdem pręděceſſorum noſtrorum nomina, & alia de neceſsitate ex-

Ad quas proceſsiones cōpelli poſſunt regulares Fratres q̄ ſunt in collegijs ad nullas tenentur ire.

Aduocatio & extīctio litium, ſuper aliquo præmiſſorum

Confirmā tur & d̄nouo conceduntur omnia priuilegia quę d̄cretis concilij tridentini expreſſe non cōtrariantur alias quā ſupius eſt dictū conceſſum, & declaratū.

primenda,acſi de verbo ad verbum[nihil pœnitus omiſſo ]& forma in illis tradita obſeruata,inſerti forent: etiam præſentibus proſufficienter expreſsis haberi volumus,auctoritate apoſtolica tenore preſentium perpetuo approbamus,& confirmamus, illis qua perpetuę & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus:eaque perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari debere,ac fratribus ſuperioribus , & perſonis ordinum huiuſmodi,nec non alijs quibuſcumque quos illa concernunt, ſuffragari debere,ſeu poſſe volumus.Nec non priuilegia,immunitates,facultates,libertates,indulta.diſpenſationes,exemptiones,fauores,& gratias tâm ſpirituales quâm temporales, modo & forma quibus conceſſa ſunt,etiam per viam cõmunicationis & extẽſionis,actiue & paſsiue inter ſe,& alios quoſcumque ordines reſpectiue,de nouo concedimus.illa que omnia & ſingula ad domos,& loca quęcumque dictorum mẽdicantium ordinum,& monialium quarumcumque ac ſororum de tertio ordine nuncupatarum in congregatione viuentium dictorum ordinum, [ vt præfertur ] hactenus recepta,& impoſterum recipienda,Nec non eorum perſonas & bona etiam ſi priuilegiorum & aliarum gratiarum prefatorum auctentica originalia,propter temporis antiquitatem vel varias. Vrbis ruinas,deperdita exiſtant [ dummodo de eis alias legitime conſtet ] extendimus, & ampliamus . Et ſic in pręmiſsis omnibus & ſingulis per quoſcumque iudices & perſonas quauis auctoritate fungentes,etiam Cardinales,& Auditores præfatos,ſublata eis,& eorum cuilibet,quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate,& auctoritate,iudicari, & diffiniri debere:nec non quicquid ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari,irritum & inane decernimus.Quocirca dilectis filijs noſtro prædicatorũ Cardinali Protectori,& ſancti Hieronymi Generali ordinum ac curię cauſarum Camerę apoſtolicę etiam Generali Auditori,nunc & pro tempore exiſtentibus , per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus,quatenus ipſi vel duo,aut vnus eorum per ſe,vel alium ſeu alios, pręſentes literas & in eis contenta quęcumque,vbi & quando opus fuerit,ac quoties pro parte

De nouo conceduntur.

Iudices aſſignantur.

eorum-

eorundem fratrum, aut monialium, vel alicuius eorum fue-
rint de ſuper requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præ-
miſsis efficacis defenſionis preſidio aſsiſtentes, faciant [ aucto
ritate noſtra ] preſentes, & in eis contenta, huiuſmodi firmiter
obſeruari, ac ſingulos quos literę ipſę cōcernunt, pacifice frui
& gaudere, non permittentes eos, vel aliquem eorum deſu-
per, contra præſentium tenorem per quoſcumque [ etiam de
eorum ordinarios ] quomodolibet & indebite moleſtari, con-
tradictores quoſlibet & rebelles, per cenſuras & pœnas eccle
ſiaſticas, alia que opportuna iuris remedia [ apellatione poſt
poſita ] compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis, ſerua-
tis proceſsibus, cenſuras & pœnas ipſas [ etiam iteratis vici-
bus ] aggrauando, & interdictum eccleſiaſticum apponendo
inuocato etiam ad hoc [ ſi opus fuerit ] auxilio brachij ſecula
ris. Non obſtantibus præmiſsis, & alijs apoſtolicis nec non
in prouincialibus & ſynodalibus Concilijs editis, generalibus
vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtoli-
cis, ac etiam iuramento confirmatione apoſtolica, vel quauis
firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuile-
gijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis eiſdē Ep̄s vel qui-
buſuis alijs p̄ſonis ſub quibuſcūq; tenoribus & formis, ac cum
q̄buſuis etiā derogatoriarū derogatorijs alijſq; efficatioribus
& inſolitis clauſulis, irritātibuſq; & alijs decretis in genere vel
in ſpecie, etiam Motu ſimili, ac aliás quomodolibet conceſsis
approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam ſi pro illorū
ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpe-
cialis ſpecifica, expræſſa, & indiuidua non autem per clauſulas
generales idem importantes, mentio ſeu queuis alia expreſ-
ſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda
foret, tenores huiuſmodi ac ſi de verbo ad verbum [ nihil pœ
nitus omiſſo ] & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forēt:
præſentibus pro ſufficienter expreſsis, & inſertis habentes, il-
lis aliâs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecia
liter & expreſſè derogamus. Nec non omnibus illis quę in lite
ris cōfirmationis, & innouationis, priuilegiorū eorundē, alias ꝑ
eoſdē Paulū. iij. & Pium etiam quartá prędeceſſores noſtros
b iiij prędi-

prędictos, ordini fratrum minorum huiuſmodi cõceſſorũ, cõceſſium eſt, nõ obſtare cõtrarijs quibuſcunq;. Aut ſi locorũ ordinarijs, vel quibuſuis alijs communiter vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Et quia difficile foret, earumdem præſentium literarum notitiam ad quaſcunque perſonas peruenire, & vbique illas præſentare, etiam motu & ſcientia ſimilibus volumus, & decernimus, quod tranſumptis earumdem præſentium literarum, [ etiam per impreſsionem factis ] manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, aut ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillatis, quemadmodum adhiberetur preſentibus literis originalibus ] ſi præſentarentur vbique [ adhibeatur tam in iuditio quam extra illud, plena & indubitata fides. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ declarationis, prohibitionis, exemptionis, liberationis in hibitionis, ſuſpenſionis, ſtatuti, decreti, mandati, abrogationis, auocationis, caſſationis, extinctionis, impoſitionis approbationis, confirmationis, adiectionis, conceſsionis, extenſionis, ampliationis, voluntatis, & derogationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc atentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum Dat Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millisimo quingenteſimo ſexageſsimo ſeptimo, decimo ſeptimo Kl, Iulij. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Cę Glorierius.

H. Cumyn

Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

*¶ Notificoſe eſta Bulla al muy yllustre y Reuerendiſsimo ſeñor Arçobiſpo de Mexico el qual dixo que la obedeſce como en ella ſe contiene.*

NOS FRATER MICHAel Bonellus miſeratione diuina titu li ſanctæ Marię ſupra Mineruam, preſbyter Cardinalis Alexandrinus nuncupatus. Omnibus & ſingulis pręſens literarum Apoſtolicarum conceſsionis, declarationis, confirmationis & voluntatis Sanctiſsimi Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti, in fauorem mendicantium impreſſum tranſumptum viſuris, lecturis, pariter & audituris, notum facimus, & in verbo veritatis atteſtatur, qualiter cum ſupradictis originalibus Apoſtolicis literis: quas non caſſas, non abolitas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas vidimus, & cum pręmiſſo tranſumpto auſcultauimus: concordat. In quorum omnium fidem & teſtimonium ad inſtantiam. Reuerendo patre fray Euſtachij Locatelli ordinis prędicatorum ſacræ theologię magiſtri eiuſdem ordinis procuratoris, & Vicarij generalis has pręſentes noſtras atteſtationis literas etiam imprimi, & noſtri ſoliti ſigilli [quo in ſimilibus vtimur] impręſsione, communiri, & per Notarium infra ſcriptum ſubſcribi fecimus. Actum & Datum Romę in palatio Apoſtolico & in camera noſtræ ſolitę reſidentiæ Anno a natiuitate Domini, 1567. Indictione Nona, Die vero, 24. Iulij, Pontificatus eiuſdem Sanctiſsimi Domini Noſtri, Pij Papæ Quinti Anno Secundo.

Franciſcus Bramantes clericus Recanaten. Notar, in Archi. Rom. Curiæ de ſcripſi de mandato.

¶ Impreſſo en Mexico, con licencia delos ſeñores Preſidente y Oydores dela Audiencia Real dela dicha cudad y del muy ylluſtre y reuerendiſſimo ſeñor Arçobiſpo della en caſa de Antonio de Spinoſa impreſſor a 4. dias del mes de Iunio de. 1568.

¶ VIRTVS, IN INFIRMITATE PERFICITVR.



b. 11881239